

Forfatter: Arrebo, Anders

Titel: Udrag fra Hexaëmeron

Citation: Arrebo, Anders: "Hexaëmeron. Lejlighedsdigte. Breve. Udg. af Vagn Lundgaard Simonsen. 1965", i Arrebo, Anders: *Hexaëmeron. Lejlighedsdigte. Breve. Udg. af Vagn Lundgaard Simonsen. 1965*, udg. af VAGN LUNDGAARD SIMONSEN ; Jørgen Glahder , Munksgaard, 1965-83., s. 17. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-arrebo01val-shoot-idm140030268551024/facsimile.pdf> (tilgået 06. maj 2024)

Anvendt udgave: Hexaëmeron. Lejlighedsdigte. Breve. Udg. af Vagn Lundgaard Simonsen. 1965

Testimonia Encomiastica alia, quorum
 primum M. Johannis Corvini est, ex Rhythmologia
 Danica M. Sc. Cap. 5. § 6. De authoribus
 Alexandrini Carminis.

IN nostra gente Alexandrini carminis cultor felicissimus ac ingeniosissimus extitit Dn. M. Andreas Arøensis, (nanquam mihi sine laude nominandus) qui, Authore & Suasore Magnif. Cancellario Dn. Christiano Frisio, Hexaëmeron seu opus de creatione sextiduana condidit; quod opus, morte prævento Authore, nondum est divulgatum. Neque multi sunt, qui de eo quicquam sciunt præter ipsius affines & filios. Mihi autem ejus legendi facta est copia Orhunge, cum aliquando post obitum Authoris ab uxore superstite per diem unum aut alterum hospitio acceptus essem. Hoc autem publice testor, si hoc opus in publicam lucem emissum esset, nunquam tale quid vidisset Dania, tanto illud est auro dignum, quantum est ipsum. Meherclè, nisi M. Andream ejusque manum ipse novissem, Authorem Apollinem credidissem. Tam splendide, tam copiose, tam magnifice omnia tractat, nusquam dormitans, nusquam remissus, nusquam verba cogens, ut legens fateatur se non audire hominem, sed Deum quendam, qui mortalis hominis præscriptione Divinam Majestatem tegere velit, quasi dicturus, ut est in Greco versu Apollinis de Homero:

Carmina sunt mea, sed manus hæc descripsit Homeri
 Carmina sunt mea, sed manus hæc descripsit Arensis.

Sed desino scriptum per se magnum & mirabile, mea oratione magnificare & Verbis attollere, quid enim vino vendibili opus [c. 4] est hedera? Sanè si vitam dñtius relinquisset Davorum alter Absolon Dn. Christianus Frisius literarum & literatorum fautor incomparabilis, dudum in lucem extrusum fuisset. Vos autem cohortor, qui inter nos optimarum artium & humanitatis studia colitis, vos inquam hortor, moneo deniq; vos oro atq; obtestor, per publicum bonum, cui vos abstrinxistis, ut ab affnibus scriptum petatis, & cupiditate maximâ augeatis ornatisq; ut tandem ad usum fructum communem in lucem aspectumque omnium prodeat. Si facitis viri Dani & in spem Patrie nati, DEI gloriam pro-

moetis, patriam illustratis, juventutem eruditis & ad vitam eternam societatem proximum exadificatis.

Iterum ex Rhythm. Dan. M. Scrip.

Cap. 6. de Authoribus Heroici Aroensiani.

Hujus carminis laudem omnem sibi soli vendicat Clarissimus Poëta M. Andreas Arøensis. Non enim reperi è Sympatriotis ullum, qui hoc est Rhythmo usus, eo excepto. Etenim opus Hexaëmeri, quod condidit, partim versibus Alexandrinis conscriptum extat, partim hoc Rhythmi genere adornatum est. Opus reverè, ut antea docui, quod nondum lucem vidit, sed luce dignum, adeoque dignum profectò, quod omnes omnibus modis ad præteron promoveant, maturent, adjutent.

[d r']

Salutem in Christo Jesu plurimam atq; perennem cum omnibus sinceræ humanitatis officiis.

*R*everende Dn. Christiørne Andrea Arrhøensis, amice, affinis & frater honoratissime; Hafver jeg i dag først haft tiid oc Leilighed at igiennem læse eders gode oc fornemte S. Faders Skialdre-digt om Verdens første Uges sicte dag, oc det med allerstørste Hiertens Lyst fra Begyndelsen indtil enden.

Jeg kand icke nok fuldberømme den salige Mand for hans Gudfryctige, oc udi alle Stænder Ophyggelige *meditationer*, for hans fyndige, ja runde oc riige, søde oc klare Stuil oc Tale; For hans konstige, grundige, yndelige oc velliudende Riim; For hans lofværdige Lærdom oc vittløftig Belæbning udi atskillige verdslige oc naturlige Historier, saa vel som udi den hellige Skrift; Ja end ogsaa for hans synderlig Forfarenhed, som hand foruden Studering eller Bog-læsning om adskillige ting udi Natuuren haft hafver, *In summa*, den salige Mand hafver icke alleeniste udi saadan sin Danske *Poësi* lignet, men end ocsaa anlangende Stuilens Grundighed oc Talens Sødhed, fast ofvergaact andre Poeter, i Synderlighed udi det Tydske, saa vel som Danske Sprok. Saa jeg for min Person